



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Acta Ecclesiae Mediolanensis**

Actorvm Ecclesiae Mediolanensis, Pars Tertia - In Qva, Liber Memorialis Ad  
populum Ciuitatis, & Dioecesis Mediolanensis, A Beato Carolo Borromaeo  
Titvli Sanctae Praxedis compositus continetur

**Borromeo, Carlo**

**Brixiae, 1603**

Formula facultatis ministrandi Sacramentum Poenitentiæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10502**

tuna agendi, gerendi, & faciendi, tibi  
fas esse volumus. Scias tamen, de om-  
nibus hanc curam & administrationem  
responentibus, suo tempore te ratione  
redditurum esse. In quorum fidem pre-  
sentes manu nostra signatas, & per Can-  
cellarium nostrum Archiepiscopalem  
suscriptas, sigilloque S. Ambrosij mu-  
nitas, fieri iussimus. Dat.

Formula facultatis seu deputationis Re-  
ctoris Collegij Heluetiorum  
Mediolani.

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis  
in Christo N. salutem in Domino.  
Pastoralis officij ratio nos commonefa-  
cit, vt omni tempore sedulò in eam cu-  
rā incumbamus, quæ religiosum viuen-  
di modū complectitur illorum, qui Ec-  
clesiasticæ vitæ rationem sunt ingressi;  
præsertimq; qui in Collegijs & huius-  
modi religiosis domib<sup>9</sup> nostræ ciuitatis  
& diœc. Mediolanen. degunt; in quibus  
iuentus ad Dei honorem, & animarum  
salutē recte instituenda & conforman-  
da suscipitur, yr exinde, veluti ex perpe-  
tuo quodam seminario copia ministro-  
rum in Ecclesia Sancta Dei nunquā de-  
fit. Verum præcipuo quodam modo re-  
bus Collegij Heluetiorum, & Rhetoru-  
m huiusc nostraræ ciuitatis Mediol. prospí-  
cere debemus, cum eius cura, & regime  
à prima eius constitutione, erectione &  
fundatione, à Sanctissimo D. N. D. Gre-  
gorio Papa XIII. facta, nobis; & pro té-  
pore existentibus Archiepiscopis Me-  
diolani singulariter demadata sit, prout  
literis Apostolicis datis Romæ Kal. Iu-  
nij. M. D. LXXXIX. Pontificatus  
eiusdem Sanctiss. D. Papæ anno VIIII.  
constat. Cùm autem hoc tempore ope-  
ra & solertia viri prudentis, & maximè  
pij, qui Rectoris munere in Collegio  
prædicto iam erecto instituto, pro eius  
bono regimine, fungatur, indigeamus,  
cuius fidei & integratii negotium tan-  
ti ponderis concredamus: De tua fide,  
prudentia, & morum integritate satis  
edicti, harum serie, quas ad nostrum be-  
neplacitum valere volimus, te in Re-  
ctorem eiusdem Collegij constituimus  
& ordinamus, regendique, gubernan-

di, &c. vt supra in facultate Rectoris  
Collegij S. Mariæ Nobilium.

Formula facultatis seu deputationis  
Prioris societatis Virginum S.  
Vrsulæ, & Viduarum  
S. Annæ.

**C**AROLVS, &c. Dilecto nobis  
in Christo N. salutem in Domino.  
Cùm nobis perspecta sit tua morum  
præstantia, pietas, & prudentia, ac  
sacrarum literarum peritia: Harum te-  
nore deputamus te in Priorem & guber-  
natorem generalem societatis Virginum  
S. Vrsulæ, ac mulierum viduarum societatis  
S. Annæ huius nostræ Ciuitatis &  
Diœcesis: cum facultate constituendi  
seu deputandi, Priorissas, Visitatrices, ac  
quaslibet earum superiores; & similiter  
agendi; nec nō eis deputādi, ac mouendi  
cōfessores tibi benē visos, ad cōfessiones  
tñ à nobis approbatos; nec nō etiam vt  
aliquos, qui eas iuxta dictarum societa-  
tum regulas in dictis societatis recipi-  
pere, ac valere, stabilireq; possint; mo-  
dō tamen ij in dignitate Ecclesiastica  
constituti sint. Dat. Mediolani &c.

Formula facultatis pro concio-  
natore.

**C**AROLVS &c. Tibi N. in Ec-  
clesia sancti N. tempore sacri Ad-  
uentus vel Quadragesimæ concionandi  
potestatem his nostris literis facimus:  
illud te admonentes, vt in concionibus  
tuis rationes serues, quas libello instru-  
ctionum prædicationis verbi Dei, ex  
decreto Concilij Prouincialis nostri  
tertij edito, yrbis, diœcesis, ac Prouincia-  
tæ nostræ concionatoribus tradidi-  
mus. Dat. &c.

Formula facultatis ministrandi sacre-  
mentum poenitentiæ.

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis  
in Christo Presbytero N. Te, quæ  
examine habilem idoneum inuenimus,  
cui audiendi cōfessiones munus cōmitti  
possit, ad sacramenta Poenitentiæ in Ci-  
uitate & Diœcesi nostra Mediol. mini-  
strare.

strandum, tenore præsentium approba-  
mus: illud te admonentes & hortantes  
in Domino, ut quæ pro recta huius fa-  
crameti administratione, & Prouincialibus ac Dioceſanis Synodis, & pro-  
prio etiam instructionum, ac sacramen-  
tali huius Ecclesiæ libro cōnotata sunt,  
diligenter accurateque attendas, & ob-  
serues. In quorum fidem &c. Dat.

Alia eiusdem generis.

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis  
in Christo Presbytero N. His no-  
stris literis pœnitentia Sacramentum,  
in Ecclesia S. N. non tamen Clericis mi-  
nistrandi tibi facultatem concedimus,  
ac impartimur: illud te admonetes &c.

Formula facultatis pro Confessariis  
regularibus.

**C**AROLVS &c. Tibi dilecto no-  
bis in Christo F.N. ordinis N. His  
nostris literis pœnitentia Sacramentum  
in Ciuitate & Dioceſi Mediolani, in  
Ecclesijs tui ordinis, atque etiam graui-  
ter ægrotantibus, quorum Confessio-  
nes tu alias audire cōsueueris, in eorum  
domib\*, monito tamē prius ipsius ægrotan-  
tis Parocho, ubi ægritudo non sit re-  
pentina, aut mortis periculum non im-  
mineat ( quo casu, ipso etiam non mo-  
nito volumus idem tibi licere; ita ta-  
men ut quamprimum confessione audi-  
ta, eundem certiorem facias; testimonio  
item huiusmodi Sacramenti per te mi-  
nistrati manu tua subscripto familiari-  
bus infirmi reliquo, ut Medico exhiberi  
possit, ad formam Constitutionis Pij  
Papæ V. Conciliorumq; tum Prouinc-  
tum Dioceſi.) ministrandi facultatem  
per . . . . . concedimus atq;  
impartimur: illud te admonentes, &c.

Hęc tamen facultas non nisi Confes-  
sariis primæ classis conceditur: cæteris  
enim in sui tantum ordinis, monasterij  
in quo degunt Ecclesia, dari solet.

Formula facultatis Missæ sacrum  
faciendi.

**C**AROLVS &c. Tibi Presbyte-  
ro N. Cognita per examen litera-  
Pars III.

rum intelligentia, & sacraru cæremo-  
niarū peritia tua, Missæ sacrū in Ecclesia  
S. N. faciendi facultatem concedimus:  
quā facultatem per . . . . . tibi  
susfragari volumus. Dat. &c.

Formula facultatis pro residentibus, ve  
Missæ celebrandæ onus susci-  
pere possint.

**C**AROLVS &c. Dilecto nobis  
in Christo Presbytero N. Cūm ex  
posueris, te nullius Ecclesiastici benefi-  
cij, legative, aut alterius obligationis  
causa, præterquam Canoniciatus, quem  
obtines in Præpositurali & Collegiata  
Ecclesia S. N. ad Missæ sacrum facien-  
dum obligatum esse; Nos tibi sic ut asse-  
ris, ab omni alia obligatione libero, co-  
gnita sacrarum cæreniolarum peritia  
tua, his nostris literis facultatē damus  
suscipiendi munus Missæ sacrū faciendi  
in Ecclesia S. N. ad Altate N. hebdoma-  
dibus singulo quoq; mense . . . tan-  
tum debitum ex . . . Id verò tibi  
concedimus, seruatis conditionibus e  
quas infra adscriptis.

Quæ de Missæ sacro ritè faciendo edi-  
tis instructionibus decreta sunt, diligen-  
ter integreq; seruabis.

Officium ritu Ambrosiano omnino  
recitabis.

Decentem habitum clericalem, & ce-  
ronam, ad præscriptum Conciliorū no-  
strorum ubiq; semper deferes.

Pro eleemosyna nihil amplius quo-  
quis prætextu ob huiusmodi Missæ sacrū  
faciendi munus hac facultate nostra su-  
ceptum percipies, quā ad rationē libra  
rum centum octuaginta singulis annis.

Eamque non nisi cum mandato syn-  
graphave ejus, cui hanc curam dederi-  
mus, sigillatim exiges.

Diebus singulis supra præfinitis susce-  
ptum Missæ sacrum faciendi munus pre-  
stabis: nec verò alibi ijs ipsis diebus  
Missæ sacrum facies, etiam si illis facien-  
di munus non suscipias; nisi aliquando,  
de illius, cui id curæ cōmiserimus, con-  
fensu, in locū tuum, ob legitimū impedi-  
mentū, etiā infirmitatis, quo detinearis.  
Sacerdotem alium antea substitueris,  
qui pro muneris à te suscepit ratione,

N 3 quod